Quelle: https://manuscripta.at/?ID=46681
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



ABDIAS

ad mundo. et legatum misit ad
gentes. Surgite et consurgamus
ad uersus eum in prelium. Ecce
paruulum te dedi in gentibus con
temptibilis tu es ualde. Superbia
cordis tui extulit te habitantem in
cauernis petre. exaltantem solium
suum. qui dicit in corde suo. Quis
detrahet me in terram. Si exalta
tus fueris quasi aquila. et si inter
sidera posueris nidum tuum. in
de detraham te dicit dominus. si
fures introissent ad te. si latrones
per noctem quomodo conticuisses tu.
Qe nonne furati sunt esau. et in
uestigauerunt abscondita eius
usque ad terminos eius dimiserun
te. omnes federis terra illusi
runt tibi. Inualuerunt aduer
sum te. uiri pacis tue. Qui come
dent panem ponent insidias sub
te. Non est prudencia in eo. Nun
quid non in die illa dicit dominus
perdam sapientes de idumea. et
prudenciam de monte esau. et ti
mebunt fortes tui austri. ut in
peribat uir de monte esau. propter
interfectionem et propter iniquita
tem in fratrem tuum iacob. ope
riet te confusio. et peribis in eter
num. In die cum stares aduersus
eum. quando capiebant alienigene
exercitum eius. et extranei intro
ibant portas eius. et super ihe
rusalem mittebant sortem. Tu
quoque eras quasi unus ex eis. Et
non despicies in die fratris tui.
die perdicionis eius. et non
letaberis super filios iuda in die p
dicionis eorum. et non magnificabis
os tuum in die malitie. neque ingre
deris portam populi mei in die
ruine eorum. Neque despicies et tu
in malis eius in die uastitatis illius
et non emittetis aduersus exer
citum eius in die uastitatis illius
neque stabis in compitis ut interfi
cias eos qui fugerint. et non con
des reliquias eius in die tribula
cionis. quoniam iuxta est dies do
mini super omnes gentes. Sic fe
cisti fiat tibi. retribucionem tuam con
uertet in caput tuum. Quomodo
enim bibistis super sanctum monte
meum. bibent omnes gentes in
gyro. Bibent et absorbent. et erunt
quasi non sint. Et in monte sion
erit saluacio. et erit sanctus. Et
possidebunt dominus iacob eos qui
possederant se. Et erit dominus ia
cob ignis. et dominus ioseph flamma
et dominus esau stipula. et succeden
tur in eis. et devorabunt eos et non
erunt reliquie domus esau. quia
dominus locutus est. Et heredi
tabunt hi qui ad austrum sunt
montem esau. et qui in campestribus
philistin. et possidebunt regionem
effraim. et regionem samarie. et be
niamin possidebit galaad. et trans
migracio exercitus filiorum
israel omnia loca chananeorum.
usque ad sarepta. sidoniorum. Et transmi
gracio iherusalem que in bos
phoro est possidebit ciuitates au
stri. et ascendent saluatores in monte